



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Artic. II. Quis vota indirectè possit irritare?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

nium: facta verò intra tempus subjectionis, de-
implenda post tēpus subjectionis, v.g. in pubem-
te, vel post obitum mariti, possunt irritare. Bon. I.

VI. Votum, de quo dubium est, utrum emiserit
tempore libertatis, an subjectionis, non posse im-
tare superiorem, docet Salas. I. 2. q. 21. & Caram.
I. 3. cap. I. d. 1. Sed contrarium tenet Suar. Sanch.
Bon. &c. cum Bardi. d. 6. c. 1. §. 28.

VII. Facta tempore subjectionis, possunt adhuc
irritari post illud; v.g quando filius jam est pubes.
Quod verum est, et si in pubertate ea ratificasset,
putans ex errore esse firma: seccus tamen, si insuma
esse novisset, & independenter à prioribus ratifi-
casset. v. Less. I. 2. c. 40. d. 10.

VIII. Supradicti possunt revocare, ac directè ir-
ritare vota, et si semel ea ratificaverint: quia non
privarunt se dominio & potestate sua. v. Suar. de
voto I. 6. c. 6. Quod si tamen id sine causa fiat, erit
secundum quosdam peccatum mortale; licet pro-
babilius id neget Suar. I. c. 4. & Laym. hic.

IX. Prælatus potest irritare votū subditi, à pre-
deceslorem æquali, vel in inferiore, confirmatum; non
tamen à superiori. v. de his Bon. I. c. §. 3. Laym. c. 7.

ARTICULUS II.

Quis vota indirecte irritare possit?

Resp. Si alicui, non quidem voluntas voventis,
sed voti materia sit subiecta, ita ut in hanc jus ha-
beat, is tale votum potest irritare, irritatione indi-
recta; hoc est ejus obligationem suspendere; in
quantū suo juri præjudicatur: idq; ex lege naturæ
docente, quod nemo possit alteri promittere ali-
quid

quid in præjudicium tertii S. Thom. in 4. d. 38. Suar.
Leff. &c. ll. cc. Unde resolves.

I. Sic irritare possunt, præter suprà nominatos, mater respectu filiorum puberum, quamdiu manent in domo paterna, nec sunt emancipati: item tutor puberis, usq; ad annum vigesimum quintū, in iis, quæ eorum potestati officiunt. Laym c. 7.

II. Idem potest uxor respectu mariti; v. g. si is vooverit longiorem peregrinationem, habitare alibi, cubare seorsim, quæ derogant vitæ sociali, & uisi dominii, quod habet in corpus mariti. Leff. n. 33. Fill. n. 273.

III. Item dominus, & domina respectu famularum; ut si ii vooverint jejunium, quo fierent inepti ad obsequia domini: quale votum non est constitutus, vel brevis orationis. Leff. n. 86.

IV. Item non tantum Pontifex respectu omnium fidelium, sed etiam Episcopi, & Principes respectu subditorum, quando materia illis præjudicat. Denique superiores respectu novitiorum, in iis, qui impediunt novitiatus exercititia. Leff. d. 13. n. 8.

V. Non possunt irritare indirectè vota de re alijs præcepta, v. g. non furandi; quia nemini præjudicant. Item neque vota implenda tunc, quando materia voti non erit amplius subjecta, v. g. vota servi, implenda, cum erit liber; & conjugis; cum alter erit mortuus.

VI. Potest quis etiam indirectè irritare vota longè ante facta, quam sibi materia subjiceretur; v. g. facta à conjugel longè ante matrimonium.

VII. Potest quis etiam vota à se, vel antecessore concessa & confirmata, indirectè irritare, ut patet

ex

ex art. superiore. Excipe tamen, nisi suo jure cessaret, & hanc concessionem subditus acceptasset; ut v.g. in voto castitatis, mutuo mariti, & uxoris consensu facto. Secus tamen esset, si vel sola uxor, vel uterq; independenter ab altero vovisset.

VIII. Vota indirecte tantum irritata revivescunt, & obligant, quando alteri desinunt prejudicare. *v.de his Bon.p.7 Laym.c.8.*

DUBIUM VII.

Quid sit commutatio voti?

Resp. Commutatio est substitutio alterius operis honesti loco ejus, quod voto promissum era, sub eadem obligatione. Circa quam, ut licet fiat, traduntur haec regulæ: *Prima.* Ad commutationem voti requiritur authoritas Ecclesiastica, 1. quando commutatio sit in paulo minus bonum: quod si notabiliter minus sit, miscetur dispensatio. 2. Quando dubium est de æqualitate boni. 3. Quando sit in bonum æquale: licet aliqui tunc putent sufficere authoritatem propriam. Haec tamen sufficit ad commutationem in melius; quia in meliori minus continetur. Voco autem melius, quod est tale in ordine ad utilitatem spiritualem ventis, & Deo gratius.

Secunda. Ad commutationem voti in æquale, requiritur causa, licet minor, quam ad dispensationem: quia dispensatio planè liberat ab obligatione voti; commutatio vero aliud subrogat. Unde si fiat in melius, nulla causa requiritur: si in æquale cum autoritate superioris, sufficit major in illo propenso. Si vero dubitetur, an sit æquale, sufficit